



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 154. Typographiæ inventum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

ruimus. Gratius præterea duorum ejusdem Auctoris tractatum de Concilio Generali in suo fasciculo meminit, & Lucas Dacherius typis vulgavit ejusdem libri de studio Theologiæ, Joanni Pedemontano Theologiæ Baccalaureo inscriptum, qui consequendæ Doctoris Laureæ desiderio stimulatus hac super re Clemani-
 gi consilium exquisierat (*).

Sæcul. XV.
 A.C. 1440.

Dacher. Spi-
 cil. tom VII.
 in 4to.

§. CLIV.

Typographiæ inventum.

Ad hæc tempora non pauci artis Typographiæ originem referunt, quæ sola præ ceteris omnibus majores fructus Ecclesiæ, ac Literatorum Republicæ protulit, necnon indies cumulado scœnore profert. Ecclesia quippe hujus ope fidei doctrinam latius diffundit, disciplinæ suæ præcepta ubique terrarum instillat, dum omnium fidelium manibus ejusmodi libros exhibet, in quibus fidem, atque doctrinam suam invictis omnino argumentis confirmat. Jam quilibet artis hujus beneficio Religionis suæ fundamenta investi-

Chevillier. de
 origine Ty-
 pogr.
 La Caille
 Hist. Typo-
 graph.

(*). *Observez velim, Nicolai de Clemangiis opera prohibita esse in Romano indice librorum. Vide Antonii Posslevini Apparatum in Verbo: Nicolaus Clemengis.*

Sæcul. XV. vestigandi copiam nanciscitur. Ipsi que
 A. C. 1440. que Verbi divini Præcones fidei veritate
 tes, quas prius sedula lectione prægnantes,
 runt, facilius fidelium mentibus inspirant.
 Si nil nisi manuscriptos haberemus Codices,
 ces, cum hi non minus rari, quam præciosi sint,
 Viri duntaxat literati, aut non nisi certæ
 cujusdam conditionis homines studiis sese
 adjicerent, nec forte in scientiis eminere
 possent, nisi qui divitiis abundarent. Olim
 pauci admodum in fontibus doctrinam hauriebant,
 cum non nisi paucissimi ad eos accedendi
 opportunitate fruerentur; Nunc vero nobilissimi
 hujus inventi auxilio cunctis, & ubique
 obvii prostant libri, nec indoctus est, nisi
 qui propriæ voluntatis culpa ignorare
 desiderat. Igitur Typographiæ ars summo
 nobis pretio habenda, & insuper habito
 illius abusu a nonnullis perperam inducto,
 pro tanta gratia hominibus divinitus
 missa immortales rependere grates tenemur.

§. CLV.

Varie opiniones de illius Origine.

Paul. Jov. Hujus tamen inventi Epocham
 nimium incerta est, sique diversas omnium,
 qui hac super re ingenia sua exercuerunt,
 sententias adoptare vacaret, nihilo tamen
 fecius, nec Patriam, nec locum, nec hujus
 inventi utilitate, ac nobilitate longe præ-